



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Consti=||tv|tiones In Di-||oecesana Synodo  
Vvla-||dislaviensi**

**Karnkowski, Stanisław**

**Colonię, 1572**

**VD16 W 4100**

De vita & honestate Clericorum. Tit. I.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62991](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62991)



# CONSTITVTIO

## NVM VVLADISL A-

### VIENS. PARTIS III.

#### TITVLVS I.

### DE VITA ET HONESTATE Clericorum.



Clerici tanq̃ in sortē Do- Sess. 14. c. 6  
mini vocati, & interno  
mētis affectu, & signis eti  
am exterioribus, promit  
tant pietatem, seruēt ani  
mum à vitijs purum: literarum sci  
entia pectus imbuant; gestu et in  
cessu graues sint; vt argumento esse  
queāt, quòd mentem pacatam & per  
turbationibus vacuam gerant: vesti  
tu quoque decenti, & ad statum cu  
iusque accommodato vtantur; Ni  
hil sectum, nihil acupictum, nihil e  
laboratum ad corporis cultum exte  
riorem adhibeant: Niteant potius,  
quàm splendeant, absint sordes, ad  
sit mundities. Tonsuram ferre non  
prætemittant, quā nonnulli Christi  
i coro-

I.



Germ. Cō  
stātinop.  
de rebus  
Ecclesi.  
Cōci. Tole  
ta. quartū  
cap. 40. Di  
oni. In Ec-  
cle. Hiera.  
Turon. li.  
4 hist. Au-  
gust. de o-  
pere Mona-  
cho. & in  
Retract.

Eccle. 19.

3.  
Sess. 23. c. 6

coronam spineam significare existi-  
mant. Alij verò, quia Petrum & Io-  
annem Apostolos, raso capillitio à  
Gentibus derisos fuisse cōmemorāt,  
ideò putant morem ex eo tractum, vt  
vniuerso Clero cedat honori, quod  
pro Christo Apostolis eius, contume-  
lię loco fuerat irrogatū. Nec impro-  
bandi sunt & illi, qui, cū pars hæc  
superior capitis rasorio purgatur,  
significari voluerunt, prauas &  
abditas cogitationes, ex animis no-  
stris fortiter esse ressecandas. vtcun-  
que tandem res habet, bonū est minu-  
tas etiā in speciem cæremonias non  
negligere. Accidit enim non rarò, vt  
qui modica spernit, paulatim deci-  
dat. Quod si quem ex Sacerdotibus  
vel Clericis, nostrū hoc mandatum  
transgredi cognouerimus, in eum  
pœnas, Decreto Synodi Tridentinæ  
statutas, extendi curabimus.

4.

Domi verò sic viuant, vt omni  
tempore ad tremendum illud Missæ  
sacrificiū peragendum sint parati, vt-  
que preces eorum quas fundunt pro  
plebe, in conspectum D E I ascen-  
dant.



dant, & sint ad impetrandum id  
quod petunt, efficaces. Ebrietatem  
veluti vastum quoddam vitiorum  
omnium pelagus, summo studio fu-  
giant, quasi grauati & obruti fue-  
rint, non multum sanè à brutis &  
pecudibus videbuntur abesse.

Mulieres asciticias vel subintrodu-  
ctas, tanquam anathema de medio  
sui abijciant, nec vllas in suum cōui-  
ctum admittant, nisi ætate prouectas,  
vel genere propinquas, iuxta Cano-  
num præscripta, in quas nulla cadere  
possit suspicio. Sacerdotem enim, &  
crimine & suspicione criminis vaca-  
re oportet. Meminerint se esse Deo sa-  
cratos, non esse suos, nec iuris sui, sed  
eius, cui se totos deditioe spōtanea  
mancipârunt. Sumētes erga membra  
Christi, facient ea membra scorti?  
absit. Terreantur illa PAVLI vo-  
ce: Qui adhæret meretrici, vnum  
cum ea corpus efficitur. Quod si quē  
ex Sacerdotibus Diœcesis nostræ,  
hoc turpi crimine deinceps teneri  
cognouerimus, is certò sciat, se pœ-  
nā experturum esse, quam aduersus  
i 2 eius.

5

Luc. 21.

6.

Nicæ. Syn.

ca. 3. Aucy

rana. ca. 19

6. Syn. ca. 5

2. Nicæ. ca.

18. Gerūd.

ca. 7. Braca

ren. 1. c. 15.

Euse. li. 7.

Eccl. histo.

ca. 26. de

Samosat.

Niceph. li.

6 c. 30. hist.

1. Cor. 6.

7.



Sess. 25. c.  
14 reſor.  
gene.

1. Cor. 5.

8.

Iaco. 1.

Homil. 21.  
ad populū  
Antioc.

Ephe. 6.  
Iaco. 4.

Ambro.

Hieron. de  
virginib.

eiufmodi ſacerdotes flagitioſos, Concilium Tridentinum præſcripſit. Nō ſine cauſa monet vel mandat potiùs Apoſtolus: Auferte malum ex vobis. Eſt enim periculum, ne aliorum exemplum noceat alijs; neue modicum fermentum totam maſſam corrumpat. Quam ob rem, quoties tentantur à concupiſcentia ſua abſtracti, & illecti, quoties eos titillat peccatum, & inſtat inimicus, quærens vt deuoret, ſemp vocis illius p̄clare meminerint, quā vſurpare nos iubet Chryſoſtomus: Abrenuntio tibi Satana, & adhæreo tibi Chriſte: eaque vtantur in tentationibus ſuis omnibus. Sic enim futurum eſt, vt faciliùs per Dei gratiā ignea Sathanę tela extinguant, & cū Diabolo reſtiterint, fugiat ab eis. Nam verè fatetur quidam ex patribus: Nos cum vitijs mortuis habere conflictum, quibus diligenter prouidenda eſt ſepultura, ne ad vitam priſtinam redeant. Pudeat itaque Chriſtianum, in domino viuentem, rem mortuā vincere non poſſe. Saluator noſter oppreſſit Satanam, eumq; contri-



contritum tradidit conculcandum  
discipulis. Quare nostrum est calca-  
re oppressum hunc Draconem, nec  
pati, ut caput efferat, vel corpus attol-  
lat. Nam & Propheta formatum esse  
dicit, ad illudendum ei. et Paulus cō-  
stanter pollicetur: Deus conteret Sa-  
thanā sub pedibus vestris velociter.

Psal. 103.  
Rom. 6.

Quin & Moyſes, peccatum in foribus  
nostris esse dicit, cui nisi aperiāmus,  
ad nos intrare non poterit. Hęc om-  
nia cō pertinent deniq; ut sciant om-  
nes, DEI seruis nihil eorum esse im-  
possibile, quę mandātur à nobis, cū  
sint in ipsis nobis voluntateque no-  
stra posita. Nunquam enim deest gra-  
tia & pręueniens & subsequens, qua  
adiuti, nihil non in domino rectē  
possumus.

Gene. 4.

10.

Ludum taxillorum, chartarum,  
aleę, talorum, ac tesserarum, arma,  
venatum, tabernas, mercaturam, &  
omnes auaritię sordes, Diœcesis no-  
strę Clero prohibemus. Honestis ta-  
men recreationibus, quas iura per-  
mittunt, quo minùs utantur non im-  
pedimus, modò absit in ludo, pecu-

II.

i 3

niā



12

nię vel turpis alterius rei cuiuscunq;  
pactio. Caueant Parochi & alij sacer-  
dotes, ne vnquam eodem carpēto ve-  
hantur, cum quibuscunque tandem  
siue domesticis, siue externis mulie-  
ribus, nec eas ad mercatū vel encania  
Ecclesiarum secum adducant. nam  
pręterquā quod res est eorum per-  
sonis indigna, & quasi certū pollutę  
mentis incontinentięq; testimoniū  
etiam turpe est passim, rideri sacerdo-  
tem à populo, ob vitę flagitium: ma-  
ximè verò periculosum, exēplo suo  
nocere proximo. Et enim: Væ homi-  
ni illi, per quem scandalum venit.

Matth. 18.

Psalm. 14.

&amp; 54.

Ezec. 18.

Deut. 23.

Hier. super

Ezec. 18. ca.

Nicę. Cōc

ca. 7. vide

Ruffi. li. 1.

hist. Eccle

Ambr. de

bono mor

tis &amp; causa

14. quęst. 4

Si quis.

Ephē. 5.

Luc. 6.

Matt. 5.

Vsurę vitiū in vtroq; ordine, spiri-  
taliū & seculariū latissimè pa-  
tet, estq; adeò peruulgatum, vt iā pro-  
pē omnem vitij naturam eorum iu-  
dicio exuisse videatur. Itaque dent o-  
peram omnes Clerici, vt ab eo absint  
quā longissimè. Quin doceant  
etiam alios, vsuram esse, quicquid  
pręter sortem prouenit, & auaros  
Regnum Dei possidere non posse.  
Adferant & illud euangelicum, sc-  
peque inculcent auditorum animis:

Mutu-



Mutuum date, nihil inde sperantes.  
 Nam rapacitatis genus est, cum pecu-  
 niam mutuam dederis, velle ex ea lu-  
 crum facere, & augere tuas res incō-  
 modo alieno. Quod tetrum imma-  
 neque scelus, ne gentiles quidem im-  
 pij ferendum esse putauerunt.

Cic. lib. 2.  
 de officijs.  
 Amb. in li.  
 de bono  
 mortis.

## TITVLVS II. De Officio Confessarij.

**C**onfessario magnum incumbit  
 onus purgandi sacramento pœ-  
 nitentię animas confitentium. Quā-  
 obrem cum iudicis & medici perso-  
 nam sustineat, grauitatem benigni-  
 tate temperatam habeat necesse est,  
 nec sit eorum rudis, quę ad iudici-  
 um faciendum, & ad morbos fu-  
 gandos pertinent, vt inter pecca-  
 tum, & non peccatum: inter le-  
 pram & non lepram: inter venia-  
 le & mortale: commissum & o-  
 missum, discrimen faciat: vtque sic  
 ægro condoleat, quò possit magis  
 indulgens pater, quàm seuerus iu-  
 dex videri. Qua in re commen-  
 datur præcipuè diui AMBROSII

I.

i 4

cle-